

EXSEQUIALIA
 VIRO SUMME REVERENDO
 ATQUE MAGNIFICO
 DOMINO
 THOMÆ ITTIGIO,
 SS. THEOLOG. DOCTORI ET
 PROFESSORI PUBLICO LONGE CELE-
 BERRIMO, FACULTATIS THEOLOGICÆ ET CON-
 SISTORII ECCLESIASTICI ASSESSORI, CANO-
 NICO MISENENSI, AD D. NICOLAI PASTORI ET
 DIOECESOES SUPERINTENDENTI MERI-
 TISSIMO,
 ALTERO POST DOMINICAM JUDICA
 DIE BEATE DEFUNCTO
 FERIAQUE HEPTOMADIS MAGNÆ TERTIA,
 ID EST, XVII. CALEND. MAJ. A. S. M DCC X.
 IN TEMPLO NICOLAITANO SOLENNISSIME
 SEPULTO

CANIT

LIPSIÆ

SCHOLA THOMANA

LIPSIÆ,
LITERIS IMMANUELIS TITIL.

FActenus ergo tuis animas quas vocibus,
ædes
Deseris, *Antistes*, morte sacrosque
locos,
Templorum æternum meritorum ex pondere Numen,
Lux interque tuos non moritura focos.
Nempe tuis stabas devotas rebus ad aras,
Dum Phœbi imbibita ars pectora culta polit.
O mihi nullius latuit quām dictio Svatæ,
Ævi si velles Tullius esse mei!
O mihi quæ Veneres voces Charitesque ligabant,
Quæ Flaccus fueras, Naso, Marove sonans!
Prendinus in variis tua pulvinaria scitis,
Fecerit anve vetus Pansophus, anve recens.
Verba haud unius linguasque intelligis orbis.
Hesperia atque oriens sic Tibi namque patet.
Quid dicam, historicos maëtet quæ victima cultus,
Præcipue ex sanctis sumtaque thura tholis?
Qui sana, haud fugiunt Doctores, dogmata pandunt,
Hæretica evertet quæ sacra turba, notas.
In quo concilio fiat defensio veri,
Errores in quo, scis, valeantque mali.
Doctrinæ ex omni quin ordine lumina nosti,
Sive viros lubeat tradere, sive libros.
Quæ vix per numeros scribenda volumina servat,
Nempè aggesta Tibi Bibliotheca fuit.
Jacteturque equidem libraria copia terris,
Quam Princeps struxit, regia sive manus;

Præcipue Ägyptique solum hæc præconia sumat.
Inter privatos tu Philadelphus eris.
Hicque in quem mundi thesaurus cesserit usum,
Una ratam faciunt non doc menta fidem.
Plura alia ex istis unum sed vis sit, hoc quod
Doctorum acta placent pignore saepe virum.
Magna hæc, sed cedunt his, quæ scribenda superfunt.
Delubrum Eusebie Te vocat ipsa suum.
Illa profanarum quod sis habitatio rerum.
Ut capit, ex sancto sic jacit ore sonos:
Pantheon exhibeant dicta aut Capitolia forsan.
Structura, ipsa fero quam, Salomonis erit.
Ipsi namque Deo visum hac accumbere sede est,
In mundo per quem prodita vera salus.
IT TIGILLI factis celebrandis tradidit istam,
Ex scriptis tenuit dum sacra scita sacrif.
Per verbi gladium dum vera accepta tuetur,
Mente ex peccantibus criminis quando fugat,
Sectandis quoties iter est virtutibus aptum,
Deletque in miseriis fulmina quando malis.
Inferiore juvo sic recta in munere dantem,
Sic cœlo summus congrua Præsul agit;
Subjectum in primis non unquam erratica clerum
Casibus in dubiis quum Cynosura regit.
Dixerat. Imo domum post hanc quoque dixerat omnis
Virtus, sobrietas, munere larga manus,
Semper in adversis patientia præstita rebus,
Exhibita in pactis intemerata fides,

Non sopita unquam cunctis vigilantia factis,

Et populo atque ipsi dedita vita Deo.

Nullo argumento nec, quæ sic, vendito, dixi.

Ex nostris totus per tibus orbis erit.

Nam quia per tractus nostra hunc jam dissipat omnes,

Cum non, mente, Virum per tua tempora feras?

Hæc adyta inferior vacuas sed fanaque fatis,

Præsul. Quæ clades & mala summa putet?

Sisto tamen. Capiunt te namque palatia coeli,

Post hæc, æterna structaque tecta manu,

A tempestatum variis immunia turbis,

Mundanas vexant quæ quatuntque domos.

Omineque hoc moreris, dum sancta Ecclesia monstrat,

Ut Dominus Solymæ tectus ab æde fugit.

Namque etiam lapidum jactis subduceris iris,

Et quæ, vñ ineribus, saxa reperta movent;

Corporeos crebris crucient seu punctibus artus,

Non sine morte Dei hac sive minister eras.

Ante hos bis quinos annos quin constat & unum,

Carpzovius postquam hoc tempore fata subit,

Quod, dum funereæ grates vis solvere pompæ,

Templo istum occultum cedere, Dive, mones.

Ecce vices! Funerum pariter nam tempore eodem

Ex templo egressum Te mea Musa canit.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



E X S E Q U I A L I A
*VIRO SUMME REVERENDO
ATQUE MAGNIFICO*
D O M I N O
THOMÆ ITTIGIO,
SS. THEOLOG. DOCTORI ET
PROFESSORI PUBLICO LONGE CELE-
BERRIMO, FACULTATIS THEOLOGICÆ ET CON-
SISTORII ECCLESIASTICI ASSESSORI, CANO-
NICO MISENENSI, AD D. NICOLAI PASTORI ET
DIOECESOES SUPERINTENDENTI MERI-
TISSIMO,
ALTERO POST DOMINICAM JUDICA
DIE BEATE DEFUNCTO
FERIAQUE HEPTOMADIS MAGNÆ TERTIA,
ID EST, XVII. CAELEND. MAI A. S. M DCC X.
IN TEMPO NICOLAITANO SOLENNISSIME
S E P U L T O

CANIT

LIPSIÆ

SCHOLA THOMANA.

LIPSIÆ,
LITERIS IMMANUELIS TITIL.